



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 395. Usque Ad Annum 428

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1759

VD18 90117794

§. 22. Revelatio Presbyteri Luciani.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66042](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66042)

Sæculum V.

A. C. 415.

Pelagius.

potest. Quæ a me dicta fassus sum, de-
fendo esse vera; quæ mea esse negavi, se-
cundum sanctæ Ecclesiæ iudicium rejicio.
& Anathema dico omnibus, qui Doctrinam
sanctæ Ecclesiæ Catholicæ contradicunt.
Nam credo in Trinitatem unius Substan-
tiæ, & omnia reliqua secundum Doctrinam
Ecclesiæ. Quisquis aliud credit, ana-
thema sit! Concilium dixit: Qui
c. 20. Monachus Pelagius, hic præsens, suis re-
sponsis nobis plene satisfecit, quia sancta
Doctrinæ consentit, & quæ fidei Eccle-
siæ contraria sunt, condemnat, ipsum in
Communione Ecclesiastica, & Catholice
existere declaramus. Hæc fuit Concilii
Diospolitani sententia. In eo quidem
Pelagius absolutus fuit, quia Catholicus
videbatur; at Doctrina ejus damnata
est, & ipse in se ipsum damnationis sen-
tentiam ferre coactus. Verum, quod
solum ore id fecerit, nam mentem non
mutavit, sed Episcopos fefellit.

§. XXII.

Revelatio Presbyteri Luciani.

Marcel. Chr.
an. 415. n. 2.
epist. Luc. n. 8
Chrysip. ap.
Phot. c. 17.
n. 3.

Joanni Jerosolymitano, in hoc Concilio
affidenti, nuntius affertur, S. Stepha-
ni Reliquias esse inventas. Viginti a Je-
rosolyma milliariis vicus erat, quem Co-
phargamalam, id est, vicum Gamalielis
dicebant. Ibi Presbyter, cui nomen Lu-
cianus, Vir Sanctus, & Dei servus Christi
fuit.

stianis præerat. Die Veneris, tertio No-
 nas Decembris; Honorio decimo, & Theo-
 dosio sexto Consulibus, hora noctis ter-
 tia, id est, tertia Dec. anno 415. hora
 nona Vespertina, Lucianus in lecto suo
 dormiebat, quem habebat in Baptisterio
 stratum, ubi cubabat, ut vasa sacra cu-
 stodiret. Cum esset semisopitus, vidit
 Senem magna statura, & optimo vultu,
 longa, & candida barba; ex humeris de-
 pendebat ejusdem coloris pallium, cu-
 jus oras exiguae ex auro laminæ, & in-
 terius cruces circumdabant; auream
 manu virgam tenebat. Is accedens,
 stansque ad Luciani dextram, eum vir-
 ga aurea fodicavit, dicens, *Luciane!*
Luciane! tumque græcis ver-
 bis: *ito Ierosolymam, & Episcopo Jo-*
anni dicito! quousque inclusi detinemur?
sue mora sepulchrum aperi, in quo Reli-
quiae nostrae incultae jacent! ut Deus per
nos mundo Clementiae suae januam aperiat.
Nec tanta mihi mei ipsius cura est, quam
Sanctorum, qui mecum hic sunt. Lucia-
 nus respondit: *Quis es, Domine! & illi,*
qui apud te sunt? Respondit: *Ego sum*
Gamaliel, Apostoli Pauli in lege Magi-
ster; apud me autem in monumento ad
Orientem, est Dominus meus Stephanus,
quem Judæi extra portam Septentriona-
lem lapidaverunt. Ibi illa die, & sequen-
ti nocte impiorum Pontificum jussu reli-
ctus

A. C. 415.

Sæculum V. *Etus est, ut corpus ejus a Bestiis devor-*
A. C. 415. *retur; at nec ferae, nec aves Sanctum*
tingere ausæ. Noctu quosdam ex me-
Jerosolymam misi ad Fideles, quos ben-
noveram; me hortante, meisque impu-
diis, permoti sunt, ut corpus, secreto ab-
tum, & meo currui impositum in domum
meam & hunc locum transferrent. In
per quadraginta dies funus celebrari ju-
ssi, atque in meo sepulchro ad latus Ori-
entale deponi. Nicodemus quoque ibi est in
alio feretro, ille ipse, qui noctu ad Jesum
Salvatorem venit, & a Discipulis ejus
ptizatus est; hoc Judæos non latuit, qui
eum, sua Dignitate dejectum, excommu-
nicarunt, & Jerosolyma proscripserunt.
Ego in domum meam, quam ruri habebam,
receptum, nutriti, quamdiu vixit, fovi,
& mortuum penes Stephanum bonorum
causa sepelivi. Illuc etiam filium meum
Abibam collocavi, qui ante me annos na-
tus viginti diem obiit, postquam mecum
Jesu Christi Baptismum accepit; is jacet
in tertio feretro, magis elevato, quo me
etiam defunctum posuerunt. Uxor mea
Ethna, & filius meus primogenitus Sele-
mias, quia Jesu Christi fidem amplecti
noluerunt, in alio prædio Matris suæ, quæ
Capbarsemalia dicebatur, sepulti sunt.
Lucianus interrogavit: Ubi vos perquisi-
remus? Gamaliel respondit: in Subur-
bio, quod Delagabri dicitur.

Lucia-

Lucianus evigilans, oravit in hunc modum: *Domine Jesu! si a te est hæc visio, da ut eam secundo, & tertio habeam!* tum coepit, in pane, & aqua usque sequentem diem Veneris jejunare. Gamaliel ei rursus in eadem specie apparens, dixit: *Quare non adivisti Sanctum Episcopum Joannem, & quare non movisti?* Lucianus respondit: *Timui, Domine! ne, si post primam visionem irem, seductor esse videar.* Gamaliel dixit: *Obedi, obedi, obedi!* & subjunxit: *quia ex me interrogasti, ubi Reliquiæ nostræ sint, attende ad ea, quæ visurus es!* Statimque attulit quatuor corbularas, aureas tres, & unam argenteam; tres aureæ plenæ erant rosis, duæ rosis albis, & una rubris. Corbula argentea fragrantis odoris croco impleta erat. Lucianus, quid hoc esset, interrogavit; Gamaliel dixit: *Sunt Reliquiæ nostræ. Rosæ rubræ significant Stephanum, qui ad ostium sepulchri jacet; secunda corbula Nicodemus est, qui jacet prope januam; corbula argentea est filius meus Abibas, qui ex hoc mundo exiit sine macula; corbula ejus meæ juncta est.* His dictis disparuit.

Lucianus, somno discusso, Deo gratias egit, & jejunare perseveravit. Tertia septimana, eadem, qua prius, die, & hora ei Gamaliel visus est, minitans, & segnitiam ejus increpans; *An non vi-*

Hist. Eccles. Tom. V.

S s

des,

Sæculum V.

A. C. 415.

n. 4.

Luciani Revelatio.

n. 5.

Sæculum V. *des, inquiebat: terræ siccitatem, quam
 A. C. 415. us affligitur? non perpendis, in deserto
multos Sanctos vivere, meliores te, qui
reliquimus, & te elegimus, per quem in
nifestaremur? in hunc finem ex alio
vocatus es, ut hic Presbyter esses. Lucianus perterritus, non ultra se cunctum
 turum promisit. (*) Alia deinde ipse
 sio ostensa; videbatur sibi Hierosolimam
 versari, & visionem suam narrare Episcopo
 Joanni, sibi dicenti: *Si hæc ita sunt, magnus iste bos mibi assumendus
 curru, & aratro aptus; alios vobis
 terra vobis relinquam. Præstat, ut in magna urbe esse, reliqui vobis
 cient.**

§. XXIII.

Inventio Reliquiarum S. Stephani.

- e. 6. Post ultimam visionem Lucianus Hierosolimam se contulit, & omnia Episcopo Joanni narravit, ultima parte excepta, ubi de magno bove fuisset mentio facienda; intellexerat enim, per hoc significatum fuisse S. Stephanum, aqua Episcopum ipsius Reliquias petiturum, & Ecclesiam Sion, per magnum currum indicatam, deponendas. Hinc expectabat, num Episcopus prior hac de re loqueretur. Episcopus Joannes flens

(*) Interpres Protestans in hoc, & sequenti numero, aliqua omisit.